



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

V. De surdo & muto sanato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

DE SVRDO  
ET MVTO A CHR  
STO SANATO.

MEDITATIO V.

EVANGELIVM.

Mar. 7.

**E**t iterum exiens IESVS de  
inibus Tyri venit per Sidonem  
ad mare Galilee inter  
medios fines Decapoleos.  
Et adducunt ei surdum & mutum, &  
deprecabantur eum, vt imponat illi  
manum. Et apprehendens eum de  
turba seorsum, misit digitos suos in  
auriculas eius: & expuens tetigit lin  
guam eius, & suspiciens in caelum in  
gemit, & ait illi. Epheta, quod est  
adaperire. Et statim aperta sunt au  
res eius, & solutum est vinculum  
linguae eius, & loquebatur recte: &  
praecipit illis, ne cui dicerent.

Quan-

Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eò amplius admirabantur dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

PROPHEſIAE.

1. **D**EVS ipse veniet, & saluabit nos *Esa. 85.*  
Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, & aperta erit lingua mutorum.
2. *Sap. 10.* Sapientia aperuit os mutorum.

CONSIDERATIONES.

**C**ONSIDERA, quomodo iter *Punct. 1.*  
suum confecerit benedictus IESVS, & nunc huc, nunc illud profectus fit vt perditas oues quæreret, quocunque autem se conferebat, semper aliqua suæ bonitatis & misericordiæ signa relinquebat. Venienti igitur Saluatori è Tyro versus mare Galilææ, adductus est surdus & mutus curandus. Et merito Christo offerebant vitio naturæ laborantes, vt cæcos, surdos, mutos, claudos; nam cū ipse solus esset conditor auctoꝝq; naturæ, ad eū quoq; spectabat mederi vitiata naturæ. Quanquam tanto numero & varietate morborum corpo-

corporalium ab eo curatorum propriè  
repræsentetur nobis miser status in  
quem per peccatum animæ nostræ de-  
lapsæ sunt, à quo vt liberaremur Chri-  
stus in mundum venit. Neq; enim præ-  
cipuè venit ad sananda ægra corpora  
vel ad salutem temporalē homini im-  
partiendam, sed ad salutem animarum  
procurandam. Venit causa prædicandæ  
Euangelij, regniq; cælestis; Ac vt  
mundus agnosceret illum esse verum  
Saluatorem, doctrinamq; suam, &  
promissiones de vita æterna, esse veras,  
multa signa & miracula patrauit, alia  
que quàm plurima stupenda opera fe-  
cit, quæ nullus alius facere potuit.

*Ioan. 3.* Deus, vt dixit Nicodemus, non fuisset  
cum illo. Inter maxima aut mala narra-  
ræ nostræ ad quæ per sanctissimā huma-  
nitatē suā curāda Dominus venit, nu-  
meratur surditas, & loquendi impoten-  
tia. In hanc aut surditatē, & verbi Dei  
audiendi impotentiam meritò genus  
humanum incurrit, eò quod aduersus

*Gen. 3.* diuinū præceptum mortiferis serpentis  
sermonibus aures præbuerit. Meruit  
similiter esse mutum, vt laudes Dei  
prædicare non posset, quia non conti-  
nuit linguam suā à pestilenti colloquio

*Ibidem.* seductoris. Meruit os habere conclusū,  
eò,

eò, q  
illud  
man  
mini  
vitiu  
hac p  
dum  
mana  
filiu  
dam  
impl  
ore, a  
fiten  
Quic  
mito  
medi  
dama  
lo, qu  
vt po  
omn  
utiles  
facer  
uare  
ad au  
tinen  
suas n  
cælest  
poter  
benig  
(vt er

eò, quòd contra diuinam obedientiam  
 illud voluit aperire, & cibum vetitum  
 manducare. O quantam perniciem ho-  
 minibus attulit hoc humani generis  
 vitium: venenum enim omne quod ex  
 hac putri radice profluxit, in eum mo-  
 dum propagatum est, naturamque hu-  
 manam inquinavit, vt quo tempore  
 filius Dei incarnatus est, paucis quibus-  
 dam in Iudæa exceptis, totus mundus  
 implicitus fuerit innumeris erroribus,  
 ore, auribusque ad audiendam, vel con-  
 fitendam veritatem omnino reclusis.  
 Quid verò faceret homo in tam cala-  
 mitoso statu, nisi abiecta omni spe re-  
 medij, ruere in exitium, & perpetuam  
 damnationem? Non erat vllus sub cœ-  
 lo, qui cuiquã manũ porrigere posset,  
 vt potè omnes ei dem miseræ obnoxij,  
 omnes, vt scriptum est, facti erant in-  
 utiles, nec vel vnus inueniebatur, qui  
 faceret bonum: neq; poterat homo iu-  
 uare seipsum: cùm nec habuerit aures  
 ad audiendum res ad salutem suã per-  
 tinentes, nec linguam ad exponendum  
 suas necessitates, vel ad inuocandum  
 cœlestem medicum, à quo solo iuuari  
 poterat. Verùm vide, quemadmodum  
 benignissimus IESVS eius misertus  
 (vt enim solus cum condiderat, ita  
 con-

*Psal. 13.*

conueniens erat, vt solus eum redimeret) mira sapientia humanae infirmitati succurreit. Nam sicut homo per inobedientiam perdidit auditum, & factus est surdus: sic vnigenitus filius Dei assumpsit aures ad audiendum, & paternam voluntatem exequendum, sicut ipse alloquens aeternum Patrem dixit per Prophetam. *Sacrificium*

*Psal. 29.*

*Heb. 10.*

*& oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam. Adhuc sicut homo sua culpa erat factus mutus, & loquelam amisit, sic verbum Patris factus est homo vt per nos loqui posset. Et primo locutus est CHRISTVS, non solum offerendo preces, & supplicationes ad*

*Heb. 13.*

*Baruc. 3.*

*Patrem cum clamore valido & lachrymis, sed etiam locutus est cum hominibus, annunciando illis veritatem, & viam salutis tradendo. Secundo locutus est operibus, per omnem vitam laborando, vt suarum virtutum, conuersationisque suae sanctae exemplo informare nos posset, qua ratione & nos vitam instituere, ad placendum Deo, & salutem animae nostrae consequendam, debeamus. Deniq; locutus est CHRISTVS suo sanguine, quem pro ex-*

pian  
guis  
meli  
habu  
pec  
sang  
etam  
cibus.  
2. A  
homo  
homo  
vicio  
quo o  
notau  
curre  
mone  
& loq  
nunt  
cludit  
dire, n  
tem su  
mali fi  
seipso  
qua co  
repreh  
cato, n  
cionat  
sequen  
vita su  
ternis

piandis peccatis nostris sparsit, qui sanguis tanto igne amoris sparsus multo melius locutus est, maioremque vim habuit apud Patrem, ad obtinendam peccatorum veniam, quam habuerit sanguis Abel ad obtinendam vindictam contra fratrem, a quo erat occisus.

Heb. 12.  
Gen. 4.

2. ADDUCTVS est ad IESVM homo surdus & mutus. Inciderat hic homo in hæc duo grauissima mala, non vicio morbi, sed nequitia dæmonis a quo obsidebatur, vt alius Euangelista notauit. Itaque tria miracula in eo concurrerunt. nam primo liberatus est a dæmone, & simul illi restitutus est auditus & loquela. O quot surdi & muti inveniuntur in mundo, quibus dæmon occudit aures, & linguam ligat, vt nec audire, nec loqui possint de rebus ad salutem suam spectantibus. Ac primo quidem mali surdi sunt illi, qui non cognoscunt se ipsos, nec conscientiam suam curam habent, quæ continuo intra ipsos clamat, nunc reprehendens illos, quando sunt in peccato, nunc monens & docens, instar conuicatoris, quid factum opus sit ad consequendam salutem. Verum qui in cursu vite suæ noluerint præbere aures internis illis clamoribus & salutaribus voci-

voci-

vocibus, postea in inferno illis verum  
 conscientia erit inter reliquas par-  
 grauissima & intolerabilis. Secundo  
 mali surdi sunt, de quibus scriptum  
 est. *Noluit intelligere, vt bene ageret, cuius*  
*modi occludunt aures diuinis inspira-*  
*tionibus, nec volunt audire vocem,*  
 quando per se interius eos admonet  
 vel per Scripturas aut concionatores  
 aliosque Dei ministros hortatur ad fa-  
 giendum malum, & bonum ample-  
 ctendum, de quibus conqueretur  
 DEVS per Prophetam illis verba  
*Quis cecus nisi seruus meus? & surdus*  
*quem misi nuncios meos?* Tertio, surdi  
 sunt, qui nunquam cogitant, nec  
 dire sustinent de terribili voce tubae  
 cuius sonum mortui omnes excitantur.  
 O quantam consolationem & iu-  
 titiam afferet tuba illis, qui modo  
 obsurdescunt, sed meditantur de illa  
 auresque suas semper apertas offerunt  
 Deo ad obsequendum diuinis eius man-  
 datis. Contra, quam infaustus & fru-  
 stus erit sonus ille in auribus eorum,  
 nunc eum nolunt audire, nec vnquam  
 mente pertractare volunt extremam  
 horribilem sententiam, quam CHRISTVS  
 STVS detonabit in peccatores. *Ita*  
*maledicti in ignem eternum.* Quarto ma-

*Psal. 35.*

*Esa. 42.*

*Ioan. 5.*

*3. Ihes. 4.*

*Matt. 25.*

surdi  
 rem  
 effus  
 hic f  
 stra  
 Clam  
 temn  
 tur, n  
 to be  
 com  
 Chri  
 tum i  
 ne qu  
 surdi  
 ad cla  
 dicant  
 paup  
 eueni  
 auem  
 & ipse  
 diras  
 fratri  
 factar  
 milite  
 nat ir  
 dicere  
 lam: s  
 remeti  
 qui co  
 mo no

VITA

illis verm  
eliquas pen  
s. Secundo  
us scriptur  
e ageret, cui  
inis inspi  
re vocem,  
os admo  
acionator  
rratur ad  
num ampli  
nqueretur  
illis ver  
surdum  
ertio, su  
ant, nec  
oce tuba  
es excitab  
ionem & la  
i modo n  
ntur de  
tas offer  
s eius ma  
lus & fia  
us eoru,  
nec ynqu  
xtremam  
am CHR  
tores. 17  
Quarto ma  
su

furdi sunt, qui nolunt audire clamorem sanguinis Christi frustra pro eis effusi & sine fructu. Clamat pretiosus hic sanguis contra nos, quia peccata nostra CHRISTO mortem conciliarunt. Clamat contra nos; quia non solum contemnitur a nobis, sed etiam conculeatur, non referendo Deo debitas pro tanto beneficio gratias, sed regrediendo ad committenda ea peccata, pro quibus Christus semel mortuus est: atque ita quantum in nobis est, sacrum illum sanguinem quasi de novo spargimus. Quinto, furdi quoque sunt, qui occludunt aures ad clamores pauperum, vel, ut rectius dicam, Christi, qui in persona ipsorum pauperum petit eleemosynam, quibus eveniet, quod scriptum est. *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit & ipse & non exaudietur. Proue. 21.* Sexto, mala surditas est, quando homo occludit aures fratri postulanti veniam, & iniuriam sibi factam condonare non vult, de quo similiter Scriptura dicit, *Homo homini servat iram, & a Deo querit medelam? quasi diceret, nullo modo impetrabit medelam: Sed eadem mensura, qua mensus fuerit, remetietur ei. Quare melius esset obsequi consilio sapientis: Relinque proximo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata* *Eccl. 29.* *Matt. 7.* *Eccl. 27.*

F cata



nata soluentur. Denique surdi sunt, qui  
 non audiunt clamorem creaturarum  
 omnium, quæ eos inuitant ad agni-  
 scendum & amandum suum crea-  
 torum. Heu DEVS meus, ecce caeli  
 & terra cum omnibus in ea compe-  
 hensis omni hora clamant, & hortan-  
 tur, vt te diligamus. Nam volucres ce-  
 li, bestiae terræ, pisces maris, omnia  
 à te nobis ad nostrum vsus, solatium  
 & sustentationem data, quid aliud  
 exciferantur, quàm vt simus grati, &  
 tam liberalem benefactorem, tam  
 cæcæ amatorem, tam benignum Patrem  
 & tam misericordem Dominum, qui  
 nos creauit, aluit & gubernat, amantem  
 Verum heu nos ingratos, qui ad  
 commoditates & adiuuantiã, quæ à  
 creaturis habemus tam parum con-  
 mouemur ad te diligendum, & pro  
 officio nostro colendum, imò, quod de-  
 rius est, sæpe numero potius seruimus  
 ipsis creaturis, non ad gloriam, sed  
 decus & iniuriam tuæ Maiestatis. Et  
 in parte non omnis surditas mala  
 sed quædã bona est & laude digna.  
 Imò enim cū laude obsurdescunt  
 qui aures claudunt diabolicis suggestio-  
 nibus, & ne audiant vocem infernalis  
 cantatoris, instar aspidis surdæ, can-  
 unt.

*Psa. 57.*

obturant aures, hoc est, consideratione  
 nouissimorū, mortis & diuini iudicij.  
 Secundo cum laude obsurdescunt, qui  
 obturant aures ad detractiones proxi-  
 morū, secundum consilium Sapientis.

*Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam* **Eccl. 23.**

nequam. Tertio boni surdi sunt, qui no-  
 lunt præbere aures adulatoribus, qui  
 quasi oleū sermone suo penetrāt & cō-  
 tamināt animas, de quibus scriptū est.

*Oleum peccatoris non impinguet caput meum,* **Psal. 140.**

Deniq; boni & sancti surdi sūt, qui no-  
 runt obsecrare aures vocibus mūdi, car-  
 nis & creaturarū, quæ instar firenū præ-  
 dulci cantu & illecebris homines inui-  
 tant ad perfruendū voluptatibus huius  
 sæculi, dicentes. *Venite fruantur bonis quæ*

*sunt.* O quot diuites & potētes hodie in-  
 ueniuntur in mundo, qui vt legitur in

Daniele, ad vocē fistulæ & cytharæ, in-  
 hiāthes vanitatibus, & dignitatibus mū-  
 danis, statuā aureā Nabuchodonozoris  
 adorāt, neq; animaduertunt miseri hęc  
 vanitatis firenē mel quidem in ore, sed  
 venenum sub labris tenere. Vnde, dum  
 sectantur hanc commentitiā dulcedi-  
 nem, deprehendunt se veneno lætali-  
 ter vulneratos & moriuntur.

3. CONSIDERA deinde, perinde  
 inueniri bonos & malos mutos, ac di-

ximus esse bonos & malos furdos. Ad  
 primo mali muti sunt, qui nolunt ape-  
 rire os ad diuinas laudes, & agere  
 gratias Domino de acceptis beneficiis,  
 nec loquuntur de rebus quibus possunt  
 inuare seipsum, & simul proximum  
 edificare. Secundo, mali muti sunt, qui  
 bus dæmon claudit os, & linguam  
 claudit, ne confiteantur sua peccata; quod  
 inimicus ordinariè facere solet tribu-  
 laqueis. Primus est verecundiæ, cui  
 peccatorem pudet sua peccata pate-  
 cere. Vnde contingit, peccata homi-  
 nem celata postea detegi angelis  
 toti mundo, uti minatur futurum Deo  
 per Prophetam. *Reuelabo pudenda tua  
 facie tua, & ostendam gentibus nuditatem  
 tuam.* Secundus laqueus, quo dæmon  
 ligat linguam peccatoris, est contem-  
 ptus quando à verecundiâ victus & in  
 pe Spiritui sancto mentitus, incipit  
 more Dei destitui, & assumere auariti-  
 am, eò quod videt nullum se inde  
 perire detrimentum. Itaque nullam  
 plus rationem habet Sacramentorum  
 imò nec CHRISTI ipsius, contra quod  
 dixit sapiens. *Nè igitur dixeris, peccatum  
 quid mihi accidit mali? Et postea sub-  
 git; altissimus est patiens & redditor. Ne-  
 ditor est, quia suo tempore vnicuique*

*Naum. 5.*

reddi  
 long  
 hum  
 quo  
 pecca  
 in ali  
 tione  
 aque  
 Diffe  
 confi  
 pecca  
 dam  
 illo t  
 men  
 salute  
 ti fun  
 tatem  
 pertin  
 quanc  
 ximo,  
 alios a  
 minia  
 malum  
 declar  
 mali r  
 anima  
 coargu  
 tijs, in  
 sibi cor  
 dis. A

reddet secundum sua merita, & quo longius expectauerit, hoc grauius illum postea castigabit. Tertius laqueus, quo ligatur lingua, est spes temeraria peccatoris, qua differt confessionem in aliud tempus, atque etiam emendationem; atque si in eius potestate esset æque pœnitentiam agere, ac peccare. Differt in finem vitæ, hoc est, tunc vult confiteri, quando amplius non potest peccare. De quibus dicit Sanctus quidam Doctor, se quidem concedere illo tempore illis pœnitentiam, tamen non pronunciare illos esse de salute securos. Præterea mali muti sunt, qui dum loquendi tempus est, tacent, & tacendo, quantum ad ipsos pertinet, iniquitati consentiunt. Nam quando vident iniuriam illatam proximo, vel audiunt infamia & dedecore alios affectos, aut etiã intelligunt ignominiam illatam Creatori, cum possint malum auertere & corrigere, silent, & declarant sua nihil interesse. Denique mali muti sunt illi Prælati & Pastores animarum, qui negligentes sunt in coarguendis suorum subditorum vitijs, in rudibus instruendis, & ouibus sibi commissis salutari doctrina pascendis. Atque hi sunt canes muti, de quibus

*Psa. 56.*

bus loquebatur Propheta: *Canes muti non valentes latrare*, qui à Domino constituti ad custodiendum gregem, cum negligentia sua & socordia lupo infernali depascendum relinquunt. E contrario sancti & boni muti sunt, qui tacent, & non respondent, quando verbo vel facto aliqua illis irrogatur iniuria. sed nec verbo vel opere eam vindicant conantur. Quia in re pulchrè imitatur Dominum, de quo scriptum est,

*Isai. 53.*

quod *quasi Agnus coram tondente se obmutuit*. Et ipse Dominus similiter dixit per Prophetam. *Ego autem tanquam sordidus non audiebam, & sicut mutus non aperui os meum.* Deinde boni muti sunt, qui loquuntur quando loquendi tempus est, & tacent, quando est tempus taceredi, refrenando linguam suam à verbis otiosis, murmurationibus contra proximum, alijsque omnibus lectionibus & colloquijs, quæ cedunt in offensam DEI & proximi scandalum.

*Act. 8.**Psal. 37.*

Et hoc est, quod Propheta sibi à Domino concedi petijt. *Pone Domine, inquit, ens, custodiam ori meo, & ostium circumstantie labijs meis.*

*Psal. 140.*

Et hoc est, quod Propheta sibi à Domino concedi petijt. *Pone Domine, inquit, ens, custodiam ori meo, & ostium circumstantie labijs meis.*

4. ADDUXERE ergò ad CHRISTVM hunc hominem surdum &

mu

mutum, orando illum, vt tactu manu-  
 um suarum illum liberare vellet. Vbi  
 primò considera, magnam horum pio-  
 rum hominum fidem, quia crediderūt  
 Dominum solo manuum tactu posse  
 sanitatem reddere infirmis; & simul  
 caritatē, nam sola misericordia huius  
 miser, hominis moti, curandum illum  
 suscipere, & cœlesti Medico obtulere.  
 Vide quoq; quam efficaces eorū preces  
 fuerint, cum tam facile & cito impetra-  
 rint, quicquid tanta cum fiducia postu-  
 larunt. Ex alia parte considera Saluato-  
 ris benignitatem, quod non ipsorum  
 tantum infirmorum, sed aliorum quo-  
 que pro ipsis preces exaudiat. Et si Do-  
 minus id faciebat hominibus in terra,  
 quid cogitandum est eum facere nunc  
 in cœlo, vbi & à dilecta sponsa sua Ec-  
 clesia, & à suis Sanctis, qui nunc secu-  
 ri de salute sua & adhuc solliciti de  
 nostra, summa fruuntur gloria, con-  
 tinuis orationibus interpellatur & ro-  
 gatur, vt velit nostris humanis æ-  
 rumnis succurrere? Quare & nos  
 longè securiùs possumus recurrere  
 ad istos gloriosos intercessores, cer-  
 ti nos per illos obtinere posse omnia  
 beneficia spiritualia ad salutem ne-  
 cessaria; quandoquidem videmus

F 4 hos

VITA  
 Canes mali  
 nino con-  
 gem, cum  
 po infer-  
 t. E con-  
 t, qui ta-  
 do verbo  
 r iniuria  
 vindicare  
 è imitan-  
 ptum est,  
 e se obno-  
 liter dicit  
 quam for-  
 non apert-  
 sunt, qu-  
 i tempus  
 us racione  
 suam à  
 bus con-  
 nibus se-  
 cedunt in  
 andalum  
 à Domi-  
 e, in qui-  
 m circums

CHR-  
 dum &  
 mu

hos homines à nemine rogatos subito  
 à CHRISTO salutem corporalem  
 huius surdi & muti potuisse obtinere.  
**CVM** ergo CHRISTVS prorum  
 illorum hominum precibus facere le-  
 tis vellet, è conspectu turbae hunc sur-  
 dum & mutū remouit: vbi notare pos-  
 sumus magnam eius humilitatem: si-  
 cut enim post patratum miraculum  
 vetuerat, ne enunciaretur in vulgus,  
 ita nunc miraculum facturus refugit  
 hominum praesentiam. In quo etiam  
 illud declarare voluit, inter ho-  
 mines nihil nisi miserias & morbos  
 reperiri, & ideo è turba hominum  
 hunc miserum extraxit: neq; enim re-  
 medium ab hominibus, sed à solo Deo,  
 à quo solo omnis salus haberi poterat.  
**SOLUS DEVS** est, qui oculos coniecit  
 in animam, quam mera bonitate &  
 misericordia sua saluare decreuit, ille  
 solus eam extrahit, & secernit è massa  
 perditionis, solus sanat, conseruat, &  
 tandem ad salutem perducit. Beatae  
 animae, quibus Dominus singularem  
 hanc impertit gratiam, vt potenti, be-  
 nignaue manu sua eas extrahat è tur-  
 bulento hoc saeculo, vt propius con-  
 templari possint tuam inestimabilem  
 pulchritudinem, & suauissimum illud  
 mur-

mur-  
 suo s-  
 ijs, q-  
 mule-  
 nica  
 grati-  
 ex ijs  
 ab ho-  
 quoc-  
 curis  
 odor-  
 me i-  
 colle-  
 loqu-  
 uislin-  
 gua  
 cend-  
 redd-  
 s-  
 quen-  
 restit-  
 fero  
 do d-  
 lingu-  
 illum  
 spirit-  
 tate  
 & pr-  
 coram  
 firm-

murmur arcani tui colloquij in corde suo sentiri, quod sentiti non potest ab ijs, qui dies vite sue in huius sæculi tumultibus, & in hac confusione Babylo nica traducunt. O anima mea, utinam gratiam illam consecuta essem, ut sim ex ijs quas Dominus elegit & separavit ab hoc maligno sæculo. Eia trahere me quoque o dulcis IESV, ut ab omnibus curis terrenis diuisa curram post te in odorem unguentorum tuorum. *Cant. 1.*  
*Ose. 2.*

5. CONSIDERA modum quem tenuit hic cælestis Medicus in restituendo auditu, & loquela huic infirmo homini. id enim fecit, immittendo digitos suos in eius aures, & sputo linguam tangendo, ut intelligeretur illum venisse ad omnes corporales & spiritales infirmitates nostras humanitate sua sacratissimo, tanquam manu & principali diuinitatis suæ organo curandas. Ita alibi saepe legimus infirmos ab eo tactu sacrarum manuum

eius, vel fimbriæ vestium sanator. Misit igitur Dominus digitos suos in aures muti, vt demonstraret se esse Creatorem, nam iisdem digitis voluit reformare & restituere aures, quibus easdem formarat & condiderat. Quid verò digiti Domini alii designarunt, quam dona sancti Spiritus, quibus aperit aures animæ, disponendo eam ad audiendum libenter, & cum voluptate verbum Dei, & aliaque ad salutem spectantia, quæ prius audire renuebat? Quare inanis operam serui Dei in prædicando, horumque peccatoribus ponerent, nisi hic cælestis Medicus prius in illorum aures hanc salutiferam virtutem instillasset, conuenienter illud quod ipse Dominus dixit. *Omnes qui audiunt à Patre & didicunt, venit ad me.* Beatae aures quæ tactæ fuerint à CHRISTO: si enim beatae erant, quæ vt ipse dicit tantum audierant verbum Dei, quanto beatiore erunt, quibus ipse CHRISTVS suis manibus auditum aperuit, non corporis modo, sed etiam animæ, ad audiendum libenter & credendum in illum. Deinde Dominus diuini oris sui salua attingit muti linguam. O aeterna sapientia

*Joan. 6.*

*Mat. 13.*

VITA

CHRISTI. PARS II. 131

tia Patris, quanto amore flagrasti in  
 nos? & quantum pro salute nostra  
 laborasti? nam ut posses pro nobis  
 peti, & vitam nobis morte conciliare,  
 indui voluisti carne nostra, & homo  
 fieri. Verum quia nihil profuisset pas-  
 sio & mors tua ad iustificationem ho-  
 minis & salutem, si ille non credidif-  
 set, confessusque fuisset hanc verita-  
 tem, nam, ut habet Apostolus, *corde*  
*credimur ad iustitiam, ore autem confessio fit*  
*ad salutem:* Idcirco sicut alibi tangen-  
 do sputo oculos caeci nati, aperuisti  
 oculos mentis omnium hominum,  
 ut lumen fidei reciperent: sic nunc  
 eodem sputo tacta huius muti lingua  
 os hominum aperuisti, ut eandem  
 fidem confiteri possent. Et quoniam  
 parum homini profuisset, mente tan-  
 tum intelligere res diuinas & ore  
 confiteri, si non affectu pariter volun-  
 tatis eas degustaret, ideo conue-  
 nientissimum fuit, ut Dominus post  
 curatam mentem tactu aurium sur-  
 di, curaret etiam palatum animae  
 dono sapientiae, per saliuam ex o-  
 re defluentem significata: de qua sa-  
 pientia quoque scriptum est. *Ego ex*  
*ore altissimi prodii, primogenita ante omnem*  
*creatura*

Rom. 10.

Ioan. 9.

Esel. 24.

F 6

creatura

*creaturam.* Tanta autem est huius diuini saporis & dulcedinis, quam Deus animis infundit, vis & energia, ut pro illa omnes facile voluptates mundanae contemnantur. Vnde quando Deus dignatur hoc diuinæ suæ dulcedinis dono purgare palatum animæ alicuius vario rerum terrenarum & carnalium sensu infectæ, mox hæc omnes redduntur ei amaræ, easque ceu lacte venenum fugit & horret. Beatus mutus cuius lingua meruit diuinæ saliuæ oris ipsius Dei abluī. Non dubium, quin felix hic mutus incredibilem quandam dulcedinem & voluptatem interius persenserit, quando Dominus pariter cum oris sui saliuæ animæ infundens donum sapidissimæ sapientiæ degustandum ei dedit. *Quam dulcis & suavis est Dominus.*

*Psal. 33.*

6. HOC facto, ait Euangelista, Dominus suspexit in cælum, & ingemuit. O Creator mundi, quidnam potuit commouere ad gemendum & suspirandum? O lætitia Angelorum, cur turbaris, & oculos tuos Sole lucidiores subleuas in cælum? Certè non aliud ad hoc te commouit, quàm quia in illo homine naturæ nostræ infimæ statum considera-

derasti, & videns in quantam vilitatem & seruitutem è summa dignitate & foelicitate deturbata sit, ex mera commiseratione ingemisti. Verùm ex alia parte, quantum solatium, quanta voluptas animæ meæ accessit, dum considerat hunc gemitum Creatoris ex mero amore suæ creaturæ profectum? Mihi profecto ò DEVS meus multum peccatum meum, meaque miseria displicet, sed te ingemiscente & suspirante pro me, videor mihi in mea miseria beatus. O suspirium, quod infundis spiritum, & viuificas mortuos. O suspirium transiens cælos & diuinum Patris æterni pectus penetrans, eumque quasi compellens ad miserendum nobis. Hi sunt gemitus, qui omnem gratiam, omneque auxilium impetrant de cælo. Nec alius effectus fuit in hoc surdo & muto; cui in momento ad tuum imperium patefactæ sunt aures, & vinculum linguæ solutum est. Ingemisti Domine mi, & suspexisti in cælum, vt homo, ad impetrandam à Patre huius infirmi salutem; sed, vt DEVS dixisti, Epheta, hoc est, adaperire, diuina autoritate & potestate mandando creaturæ, & restituendo illi esse, quod

Ieron. 8.

in prima sua creatione illi dederas. Legitur de te, quod *ludens in orbe terrarum*, nullo labore hunc mundum creaveris, sed nunc ad eum reformandum ingemiscis & suspiras: nec mirum, quia in opere creationis nullus tibi resistere potuit, at heu in opere redemptionis per arbitrij nostri libertatem; quanto pere repugnamus, quot obstacula divinæ gratiæ ponimus, quantum laboris sudorisque tibi creamus, ut nos extrahas, è luto peccati: sicut conquerens dixisti per Prophetam, *Laborare me fecistis in iniquitatibus vestris*. Quantus vero labor est Domine quem tibi imponimus? maximè cum aliud nihil agamus quàm quod destruamus vel vitiumus summa pulchritudine & rectitudine à te creata. Ingemuit ergo benedictus IESVS propter nostras humanas misérias, ingemuit ob peccati gravitatem & enormitatem, à quo omnes ærumnæ nostræ originem habuerunt. Et certè non potuit non summum & deterrimum malum esse, quod expectore illo divino gemitus & suspiria expressit; nec iustissimo illi iudici vllum gravius malum est culpa mortali, quandoquidem illi nec supplicia inferni ex omni parte mala censentur, nisi

Mal. 2.

ratio  
bus v  
strast  
quid  
fitas  
Ius a  
lebo  
homi  
fecisse  
non  
imm  
aur p  
tus e  
hom  
xiffe  
tere,  
luuij  
mali  
N V  
mon  
sti L  
chry  
stra,  
gress  
ti gra  
non  
etian  
quasi  
de ill  
le fec

ratione peccati. Legimus alijs duabus vicibus cum signa doloris demonstrasse, sed tantū ob peccata. Et primò quidem, quando ita malitia & peruerfitas hominum creuit, vt DEVS *Gen. 6.* *deus dolore cordis intrinsecus, dixerit. De-* *lebo hominem quem creavi à facie terre ab* *homine vsque ad animalia: pœnitet enim me* *fecisse eos.* Atque ita locutus est Deus, non quod in eius pectore beatissimo & immutabili, locus esse possiet dolori aut pœnitentiæ, sed quia talis consecutus est effectus, ac si doluisset. Nam vt homo dolens se rem aliquam construxisse, mox solet eam destruere & evertere, sic DEVS immisis in terram diluuij aquis, destruxit hominem & animalia à se condita. Secundo, DOMI- *Gen. 7.* *NVS internum suum dolorem de-* *monstrauit apud sepulchrum defun-* *cti Lazari, idque cum fremitu & la-* *Ioan. 11.* *chrymis, & propter sola peccata no-* *stra, quorum causa mors mundum in-* *gressa erat. Sed heu, licet tanta sit pecca-* *ti grauitas & sceditas, tamen homines* *non desistunt sponte & cum voluptate* *etiam in omne scelus quotidie ruere,* *quasi exultando in sua miseria, sicut* *de illis scriptum est. *Pro. 2.** *Letantur cum ma-* *le fecerint, & exultant in rebus pessimis.*

Me.

Merito ergo CHRISTVS pro tanta hominum temeritate & audacia gemit & suspirat, instar misericordis patris stultam filij sui lartitiam considerans, qui velut phreneticus, expers omnis rationis ruit in exitium. Doles mi dulem IESV non propter tua, sed mea vulnera, non ob tuam mortem, sed ob meam infirmitatem. O anima mea agnosce semel vt minimum ex hoc gemitu Domini tui peccatorum tuorum gravitatem, quando quidem aduertis Dominum vniuersi dolere vel ingemiscere non sui, sed tui periculi causa; tu quoq; cuius res agitur, cuiusq; salus in discrimine vocatur, age, vt dum tempus est penitentiae ac misericordiae, continuis lacrymis & gemitib. tuas iniquitates deplores, profundisq; suspirijs veniam pro omnibus erratis, quibus Deum offendisti, postules, vt breui huius vitae placentu, liberare te possis à sempiterno placentu inferni, & ad aeterna Paradisi gaudia peruenire.

7. CONSIDERA deniq; profundum benedicti Iesu mirabilium operum effectoris humilitatem, quod post patratum hoc eximium miraculum restitutus auditus & loquelę, prohibeat omnibus ne publicet, nec manifestent illud cuiquam

quã. At qua ratione Domine mi vis tacere illũ cui soluisti vinculum vt loqueretur: Si enim ille à te curatus est, & facultatẽ expeditẽ loquendi recepit, quã alia in re linguam suã occupare debet, nisi in prædicandis & decantandis tuis laudibus & miraculis: atq; ideo merito deuotã illã turbã hoc magis extulerunt voces suas, quo studiosius eis silentium imperasti. Fac ergo eis potestatem loquendi, nam in te conueniunt laudes Ò DEVS Israel. Si enim tu dixisti, *Gloriam meam alteri non dabo*, non debes grauatẽ ferre, si homines non recusent, sed reddant, quod tibi debetur, & quod tuum est. Præterea cum tu dixeris, neminem accendere lucernam, vt ponat eam sub modio vel lecto, sed super candelabro, vt luceat omnibus qui in domo sunt; quare tu vera lux, qui venisti ad illuminandum tuis mirabilibus operibus mundum, iam vis eam abscondere sub paucarum personarum silentio, & non potius mandas, vt ad vtilitatem & salutem multorum, publicentur omnibus? Verum bene aduerte hoc præceptũ à te profectum, non vt obligares quenquam eorum ad silentium, sed vt præberes eis humilitatis exemplum: quã virtus vti multum fuit

*Esa. 42.**Luc. 8.*

fuit à te amata, ita voluisti eam in operibus tuis semper relucere. Agite ergo benedictæ turbæ, clamate audacter. *Bene omnia fecit, & surdos fecit audire & mutos loqui.* Imò valdè bene fecit, nam vult scriptū est. *Vidit Deus cuncta que fecerat, & erāt valde bona.* Tu certè nō scis quicquid facere nisi bonū & bene: & si quid mali est in creaturis, id non est nisi à nobis. Si autem omnia nature opera à te facta sunt tam bona; quid quaeso dicemus de spectantibus ad gratiam & redemptionem nostrā, quæ miraculis à te factis repræsentantur? Quæ lingua dignè utquam posset exprimere & declarare admirandam sapientiā, bonitatem, & potentiam, quam in restitutione & liberatione generis humani demonstrasti? Dicite ergo benedictæ turbæ, & nos vna vobiscum, *Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* O Domine mi, quot surdis aperuisti aures intellectus, quot mutis linguas soluisti, ut possent enunciare & de prædicare tuas diuinas laudes? sicut promisisti per Prophetam illis verbis, *Laude mea instrua te, ne intereas.* Quare primi clamate vos sancti Apostoli. *Non possumus que vidimus & audiimus non loqui.* Exurgite agmina Martyrum & Virginum, & sapientia

*Gene. 1.*

*Esa. 48.*

*Actor. 4.*

pien  
infu  
vt ap  
tia,  
gen  
reue  
dere  
ciati  
insp  
ling  
uum  
semp  
grati  
etori  
as, &  
fecis  
dix  
tame

O  
tem a  
restit  
pone  
tus, a  
sua b  
possit  
man  
fiteri

pientia, quam idē Dominus ori vestro  
 infudit, confudite aduersarios vestros,  
 vt appareat vana & stulta mundi sapiē-  
 tia, auresq; eorum patefiant ad intelli-  
 genda mysteria pusillis & humilibus *Maat. 17.*  
 reuelata. Et tu quoq; anima mea, ingre-  
 dere parum in teipsam, & cōsidera spe-  
 ciatim, quoties Dominus suis sanctis  
 inspirationibus tibi aperuerit aures &  
 linguæ tuæ imposuerit canticum no-  
 uum, vt in eius laudibus, & præconijs *Psal. 39.*  
 semper occupata esses & continentes  
 gratias huic singularissimo tuo benefa-  
 ctori rependeres. *Qui exaudiuit preces me-*  
*as, & eduxit me de lacu miserie, & de luto*  
*fecis, & statuit supra pedem pedes meos, &*  
*direxit gressus meos. Laudabo dominum in vi-*  
*ta mea, psallam Deo meo quamdiu fuero.* *Psal. 145.*

## COLLOQVIUM.

**O**BSECR A Christum Dominum,  
 vt, sicut digito & saliuā sua faculta-  
 tem audiendi & loquendi illi homini  
 restituit, ita in auribus intellectus tuī  
 ponere velit digitum sui sancti Spiri-  
 tus, animæ, vero tuæ ori gustandā dare  
 suæ bonitatis dulcedinē: vt vocē eius  
 possis audire, & prōptē eiusdem sanctis  
 mandatis obedire, ac simul lingua con-  
 fiteri & semper benedicere sanctissimū  
 eius

ius nomen: atque ita nunquam cessan-  
do ab eius laudibus mundo prædican-  
dis, tum verbo, tum vita sancta, eadem  
misericordia qua te dignatus est, possi-  
& alios multos exemplo tuo ad eam  
lendam & glorificandam attrahere.

## DOCUMENTA.

1. **Q**VI adduxerunt hunc infirmum a  
Christum, orarunt pro illo, & Domi-  
nus eum liberavit. Quo docemur, si quando ob-  
tinere velimus gratiam aliquam vel auxilium  
à Domino, non debere tantum nos ipsos illi  
orare, verum etiam sanctis uti intercessoribus,  
ut per eorum orationes mereamur ob-  
tinere quod petimus.
2. Christus sanaturus hunc hominẽ, semovit  
eum à turba. Si sanari velimus à Christo, & li-  
berari à peccatis, necesse est ut secedamus à  
turba, hoc est à prava societate, fugiamus à  
multis mundi, & oēs peccandi occasiones, ut  
scriptum est. Qui tetigerit picem, inquinabitur  
ab ea, & qui cõmunicat superbo  
induet superbiam, & amicus stulti ut  
similis efficietur. Corruptunt enim, ut  
loquitur Apostolus, bonos mores collo-  
quia prava. Et contra, scriptum est. Qui cõ-  
sapiantibus graditur, sapiens est.
3. **C**H R I S T V S expuit, & saliva sua

Eccl. 13.

1. Cor. 15.

Pro. 13.

git mu  
chus p  
ad pu  
confer  
stra,  
pforu  
anim  
4.  
spexi  
quoti  
tali s  
culos  
diuin  
desig  
quoa  
à qu  
don  
ta. I  
de v  
5. C  
& g  
trum  
catu  
diu  
dun  
re d  
in a  
clar  
6.  
&

git muti linguam. Vnde discimus, uti stomachus purgatur prauos humores exsueando; sic ad purgandum stomachum conscientia, per confessionem euomenda esse foras peccata nostra, ut simus liberi à demonio muti, quod ipsorum peccatorum laqueis ligatam tenebat animam nostram.

4. Dominus liberaturus hunc infirmum suspexit in caelum & ingemuit. Vnde discimus, quoties in ærumna aliqua corporali vel spiritali sumus, unicum remedium esse atollere oculos in caelum, & cum gemitu ad auxilium diuinum confugere: nam si in terram oculos defigamus, nullum inde suppetet auxilium, quod de caelo tantum venit à Patre luminum, à quo. Omne datum optimum, & omne donum perfectum. Et idem dixit Propheeta. Leuauit oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. *Iacob. 1. Psal. 121.*

5. CHRISTVS quoque respexit in caelum, & gemit, ad docendum peccatorem, ut utrumque præstet, nempe, ut sic deploret peccatum suum, ne de venia desperet, confidendo diuinae misericordiae, nec faciat quemadmodum Iudas, qui doluit quidem, seque poenitere demonstrauit de peccato, sed non suspexit in caelum, quia desperauit, & malè vitam clausit. *Matth. 27.*

6. Hic homo primo recuperauit auditum, & deinde loquelam, ut intelligamus nos, antequam

tequam idonei simus ad loquendum de rebus  
diuinis, & ad alios exhortandos, debere prius  
esse discipulos, & primo habere aures patulas  
ad audienda que Deus in nobis loquitur, &  
& in nobis ipsis illa meditari, quam alios do-  
ceamus.

7. Post factum miraculum, partim Christus  
vetuit illud publicari, partim turba illud pu-  
blice predicarunt & Christum collaudarunt.  
Vbi primò à Christo discimus, quantum studium  
adhibere ad conseruandam humilitatem de-  
beamus, ex parte nostra omnem laudem pro-  
prium defugiendo & vanam gloriam, ac ce-  
ptando vt bona opera nostra lateant, atq; ipsi  
in notitiam hominum non veniamus. Secundo  
discimus à turba, vt conemur grati esse pro be-  
neficijs à Domino receptis, laudando eum & be-  
nedicendo in eternum. Deinde vt zelum ha-  
beamus tuendi alterius honorem & bonam  
famam, nos ipsos semper demittendo, & pre-  
ferendo ac honorando alios.

8. In hac oratione à CHRISTO facta  
expressus est modus, quo homo peccator se ip-  
sum sanctificare possit; ad quam sanctificatio-  
nem octo concurrunt, duo ex parte nostra, &  
sex ex parte Dei. Primò igitur turba addu-  
cunt infirmum ad Christum, eumq; precantur  
vt velit eum curare: atque hec sunt adiuuen-  
tia, que habemus à concionatoribus, alijs que

hominibus pijs: deinde preces Ecclesie, orationes  
 Sanctorum, & hominum iustorum, pro  
 nobis supplicantium, vt exhortatur S. Iacob. 5.  
 Orate pro inuicem vt saluemini.  
 Secundo adductus est hic homo ad CHRIS-  
 TUM, quo significatur liberi arbitrij nostri  
 concursus: neque enim satis est, alios hortari  
 nos, & precari pro nobis, sed opus est nos quo-  
 que diuinis inspirationibus consentire, &  
 sponte CHRISTUM adire, remouendo oc-  
 casiones peccandi, & faciendo quicquid ex  
 parte nostra possumus. Atq; hæc duo requirun-  
 tur ex parte nostra. Ex parte verò Dei, Pri-  
 mum est, quod illum separauit à turba, vt le-  
 gemus eum fecisse cum Abrahamo, cui dixit.  
 Egrede de domo tua. Quod Deus facit, Gen. 12.  
 vt diuellat nos à conuersatione huius mundi,  
 saltem animo; affectum nostrum abstrahendo  
 à cupiditate rerū terrenarum. sicut ipse dixit.  
 Ego ducam eam in solitudinem, & ibi Osee 2.  
 loquar ad cor eius. Secundo immisit digitos  
 suos in aures huius surdi. Quod facit Deus no-  
 bis, quando S. Spiritus sui donis, per digitos sig-  
 nificatis aperit aures intellectus, vt intelligere  
 possimus veritatem, & quod Deus in nobis lo-  
 quitur. Tertio salua attigit linguam huius mu-  
 ti Salua designat sapientiã ab intellectu, vel-  
 ut saluam à capite profluentem, qua Deus vo-  
 luntatem nostram ad benefaciendum inclinat,  
 impertiens simul voluptatem & facilitatē in  
 agē.

Rom. 5.

agendo. Quarto, Christus respexit in caelum quia gratia cum alijs donis caelestibus venit supernis & à Deo infunditur. Quinto, Christus ingemuit, quia eadem gratia à Deo nobis communicatur propter meritum passionis Christi D.N. & gemituum ipsius. Sexto, dixit Dominus, Epheta, quo demonstratur sacramentorum necessitas, quorum forma ita instituta in prolatione verborum, ut ea peracta homini interiorius efficiatur sanus & liberetur à peccatis, non secus quam hic mutus & surdus, prolationem verbi Epheta à Domino facti ab omni infirmitate sanus factus est: Postquam omnia Christus mandavit ne miraculum manifestaretur, ut indicaret, opus nostrae sanctificationis in hac vita esse occultum, non

Eccl. 9.

ut scriptum est, nescit hominem, utrum amore an odio dignus sit.

